



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 6. Inquisitio in Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

**Sæcul. XIV.**

A C. 1351.

supplicat, ut ad Ecclesiarum emolumen-  
tum, & animarum salutem Præfules in  
Romana versantes curia remittat, pro-  
priisque in sedibus hærere cogat. Pre-  
catur etiam, ut sacras dignitates ac be-  
neficia indigenis conferat. Rex Procu-  
ratores suos nominabit ad exequendam  
hanc pactionem: quæ facta est Gerun-  
dæ 24 Sept. 1351.

*Ind. Arrag.*

p. 202.

Idem Arragonum Rex Petrus Officio-  
fus Perpiniani commorans 16 Dec. 1350  
edicto sanxit, ne deinceps in actis publi-  
cis anni numerarentur secundum Hispa-  
nicam notam temporis (æram vocant)  
inde a regimine Gothorum usitamat, &  
ad imperium Julii Cæsaris triginta o-  
cto annis Virgineo partu antiquius re-  
deuntem, ita, ut annus 1350 in Hispania  
diceretur 1388: sed Christianam epi-  
cham introduxit; & cujuslibet anni prin-  
cipium a Natali Domini Nostri duci  
voluit.

## §. VI.

*Inquisitio in Francia.*

**Sup. Lib. 84.** Per centum fere annos Inquisitio vige-  
**§. 15.** bat in Francia, ubi eam Papa Ale-  
xander IV an. 1255 S. Ludovici rogatu  
instituerat. Dein vero Papa Nicolaus IV  
in gratiam Caroli Siciliæ Regis ab illa  
excepit Andegaviam & Cenomaniam  
huic

huic Principi obnoxias. Posteaquam is sæcul. XIV.  
ac ejus posteri Siciliæ hæredes hos duos A.C 1351.  
comitatus coronæ rursum Gallicæ con-  
junctos possidere desierant, Inquisitores  
e Prædicatorum Ordine dubitant, an his  
in provinciis functiones suas porro de-  
berent omittere; consulebantque Papam  
Clementem: qui reposuit: Res plena  
periculi foret, si hæretici haberent per-  
fugium. Itaque Guilielmo cognomento  
Equiti Dominicanu Theologiæ Do-  
ctori, cæterisque per Galliam Inquisitori-  
bus ex eodem Ordine plenam tribuimus  
potestatem exercendi libere sua munia  
in Andegavia & Cenomania, sicut in Tu-  
ronia, Pictoniaque. Scriptis 26 Sept.  
**1351.**

*Rayn. 1351.*  
*n. 37.*

### §. VII.

#### *Concilium Bliterense.*

Hoc anno Bliteris concilium provincia-  
le habuit Petrus Jugius Archiepis-  
copus Narbonensis, nobilis Lemovix, &  
Papæ Clementis e forore nepos. Post-  
quam Monachum Benedictinum, ac Prio-  
rem Fani S. Liberatæ in diœcesi Agin-  
niana egerat; ab avunculo suo paulo an-  
te ad summam evecto sedem factus Ab-  
bas Angeriacensis & Grassanus, Aureliæ  
Juri Canonico dedit operam: accepta-  
que ibi doctrinæ laurea, anno 1344 Ave-  
nionem

*Baluz vit.*  
*to. 1. p. 854.*